



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Eliæ Hierosolymoru[m] Archiepiscopi, & de Fauiano Antiochiæ
Patriarcha. Capvt. XXXV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

facere recusaret omnino, dicens id dedecus fore Patriarchæ, si quidem clericus lectica portaretur, & Episcopus equo insidens ingrederetur. Nō quicquid sanctus, & humilis Theodotus, donec ministro persuasit, non esse rem istam iniuriosam, cōegitque illum ita facere.

Vita diui Alexandri patriarchæ Hierosolymitani.

CAPVT. XXXIIII.

ALIVM habuit ciuitas ipsa Dei Patriarchā Alexandrum nomine, ad eō piū, & misericordem, vt cū illi quidam ex notarijs suis furatus esset aurum, & metu perterritus fugiens in Thebaidem Aegypti incidisset vagus, & errans in latrones, ac ductus fuisset ab eis captiuus ad extremas Aegypti partes, hoc comperto, diuus Alexander redem erit eum vinctum ac captiuum octogintaquinque numismatibus. Quo reuerso ita pie, misericorditerque vsus est, vt quidam ex Urbis habitatoribus dixerit aliquando, Nihil esse vtilius, quā in Alexandrum peccare.

ALIO quoque tempore vnus ex Diaconis eius, coram clericis omnibus iniurijs affectus diuum Alexandrum. Qui mox prostratus humi veniam petijt dicens: Ignosce mihi, Domine frater.

Vita Elia Hierosolymorū Archiepiscopi, & de Fauiano Antiochiæ Patriarcha.

CAPVT. XXXV.

DICEBAT Abbas Polichronius de sancto Elia Hierosolymorum Archiepiscopo, quōd sicut cū esset monachus, vinum non bibebat, ita nec Patriarcha quidem factus bibit,

bibit, sed eandem seruauit regulam.

1. Vino non est vsus sanctus Pater.

DICEBANT de eodem Archiepiscopo Elia, & de Flauiano Antiochiæ Archiepiscopo, quòd ab Anastasio Imperatore ambo fuerint exilio relegati propter sanctam Calcedonensem Synodum, Elias quidem in Haila, Flauianus uerò apud Petram: Die uerò quadam significauerunt sibi ambo Patriarchæ mutuo centes: Anastasius hodie mortuus est; eamusque tur & nos, ut cum illo iudicemur. Et post dies ambo migrauerunt ad Dominum.

Vita Ephrem Antiocheni patriarcha, & quomodo Styliten monachum à Seueriana Hæreseos impietate conuerterit.

C A P V T. XXXVI.

NARRAVIT nobis quidam Patrum sancto Ephrem Antiocheno Patriarcha, quòd valde zelans fuerit, & feruens circa fidem. Cùm enim audisset de Stylite illo, qui erat in partibus Hierapolis, quòd Seueriana esset hæreseos, abiit ad illum, ut impietatem dissuaderet illi. Cœpit ergo diuus Ephrem corripere Stylitem, & orare, ut accederet ad sanctum Apostolicum thronum, & communicaret sanctæ, & Apostolicæ Ecclesiæ. Respondens uerò Stylites ait: Ego synodo prorsus non communico. Dicit illi sanctus Ephrem. Et quomodo vis, ut curente, & satisfaciam pro gratia Domini nostri Iesu Christi? Sancta Ecclesia libera est ab omni sorte prauitatis hæreticæ. Dicit ad eum Stylites: Accendimus ignem, domine Patriarcha, & ingrediamur in illum, & quæ flama non læserit, ille orthodoxus erit, illumque sequi debemus. Hoc autem dixit, ut terret Patriarcham. Respondit sanctus Ephrem Stylitæ: O-